2390

Przemyślu w Dzielotcy w Zamełkowej Przemyskiej Dnia dwadzieścia trzeciego Octobris Roku Panskiego Tysiąc trzechset siedemdziesiąt pierwszego Mikołay z Lubnie Łopuszański post cuius ingrossationem originale eidem offerenti reddidit etc.

# Paclawscy Baczynskie Donat

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobiles Watko et Danilo Paclawscy, olim Nobilis Watko Paclawski filij, fratres inter se germani sani mentibus et corporibus existentes, à Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni, quoad actum hunc attinet, secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi bona sua propria et haereditaria infrascripta in se Recognoscentes post fata eiusdem olim Parentis sui naturali Successione deuoluta, nempe Dworzyszcze Seczki siwskie narzwane, poczawszy od Graniey Staromieyskiey Smolanki in longitudinem calosciq Bratenske Zaczy, sciągaiąc aż do Potoka Krzywul sese protendens in bonis Villae Baczyna Terrae et Districtus praesentis Praemysliensis iacentes et consistentes cum omni praemissorum Iure Dominio proprietate haereditate tituloque Donationis, omnibusque et singulis eorundem bonorum vtilitatibus, fructibus, prouentibus, redditibus, commodis commodis obuentionibus, attinentijsque et pertinentijs generaliter vniuersis, nihil ex praemissis Iuris, Dominij, proprietatis haereditatis, ac cuiusuis Competentiae et praerogatiuae penes se Recognoscentes suisque successoribus aut quaeuis alij reseruando seu excipiendo. Verum ita late longe circumferentialiterque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur, et prout eadem bona ipsimet Recognoscentes tenuerunt

habuerunt

habuerunt et possidebant, ipsosq concernebant ac eidem legitime serviebant. Iam ex nunc et de facto Nobili Strehonio Braczynski ... ejusque et ipsius Successoribus, dederunt, donaverunt, inscripserunt et resignaverunt, prout dant, donant, ac titulo puro, mero, perpetuo ac irrevocabili donationi inscribit et resignat perpetuo et in aevum irrevocabiliterq. In quae quidem bona praemissaq omnia praesen. donata, ijdem Recognoscentes Nobiles Paclawscy, praenominato Nobili Strehonio Braczynski Donatario suo ejusq posteris jam ex nunc et de facto coram officio praesenti dat et admittunt realem Intromissionem, et actualem pacificamq possessionem, per Ministerium quemcunq competentem et Nobiles duos, dic quacunq voluerit officiose accipiendo. Per ipsum Nobilem Strehonium Braczynski Donatarium suum ejusq posteris, hic eadem bona praesen. donata, cum omni Iure Dominio, proprietate, competentiaq et praerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice Utifruendi ac ad suos suorumq Successorum quorumvis beneplacitos Usufructus libere et effectualiter convertendi perpetuis et aeternis temporibus. Debentq et tenebuntur memorati Recognoscentes, prout se ac suos Successores, in et super bonis suis generatim omnibus summisq quibusvis paratis habitis et habendis Suprascripto Nobili Braczynski Donatario suo ejusq posteris inscribunt et obligant praesentibus, ipsum et ejus Successores in dictis bonis praemissisq omnibus praesen. donatis et ratione eorundem omnium, ab omni et quavis impetitione Iuridica, quarumcunq personarum, cujuscunq conditionis status et sexus eminentis existen. ex occasione Suprascriptorum modo quovis exorien. per omnes praescriptiones Terrestres, prout ad qualibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio, in omni Iudicio et officio Regni, semper toties quoties opus fuerit tueri defendere, evincere intercedere et eliberare, indemnemq cum posteris reddere, necnon bona praefata praesen. resignata, ab omnibus inscriptionibus et Inscriptionibus

nibus prioribus et posterioribus super eisdem bonis praedictis per
se Recognoscentes datis cuicunq. personarum modo quovis fa
ctis et faciendis, tum etiam a quibusvis Ortationibus super ead.
bona praemissaq. omnia praedicta resignata importatis et impor=
tandis, Lucris deniq. et perlucris, Processibusq. Juris quibusvis
in quocunq. puncto et gradu Juris dependentibus, et in quovis Judicio et
Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus
omnibus resignatis modo quovis perductis et perducendis emunda
re et eliberare, mundaq. et libera semper fuere, ac etiam Intromissio
nem praefatam, coram officio praesenti admissam in fundo bonorum
praefatorum praedictorum resignatorum, dum per Ministerialem et Nobiles duos
officiose requiretur non denegare, imo debebuntes tenebuntur eand.
libere dare, et effectualiter admittere, dataq. et admissa eadem Pos
sessionem et Usumfructum praemissorum omnium et singulorum.
quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et
subordinatas personas non impedire nec adimere, ipsumq. Nobi-
lem Braczynski Donatarium suum ac ipsius Successores in
dictis bonis praedictis resignatis tam in toto quam in quavis
minima parte non inquietari, ita ut eadem bona praemissaq. omnia
cum universis eorum Utilitatibus et Usufructibus is idem Donata-
rius suus, cum suis posteris, quiete et pacifice praesentis Inscriptio
nis Donationis vigore tenere, habere, et possidere queat, illisq.
utifruique possit perpetuo et in aevum irrevocabiliterq. debq. sub
Damnis Terrestribus simpliciter absq. corporali Juramento ta-
xandis et edicendis, per eosdem Recognoscentes vel eorum
posteros, suprascripto Nobili Braczynski Donatario suo aut
illius posteris, ob non completionem praemissorum omnium et
singulorum, tam in parte quam in toto ubicunque necesse opus fu-
erit ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem Da-
mnis Terrestribus simpliciter absq. corporali Juramento taxandis

modo

modo præmisso ad solvendum succubiti, ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa complenda Citati existentes memorati Recognoscentes Nobiles Wasko et Danilo Paclawscy olim nobilis Wasko Paclawski filij fratres inter se germani, sive eorum Successores Ad Instantiam præfati Nobilis Hrehorij Leszkowicz vel eius Posterorum, ad Officium præsens Castrense Capitaneale Przemysliense extunc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorie stare, luigare, respondere, Damna prætacta Terria luere Inscriptioni huic satis facere, ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribunt et obligant præsentes. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes aeque eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate successionum legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Evictorem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Ad Recitationem Ultra proximos Officij præfati Castrensis Capitanealis Przemysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq. motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis Simplicibus vel triplicatis citationeq suspensionibus, fatalijs Iuris præscriptione Terrestri bello Conventioneq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo His suis præsentis personalibus Recognitionibus ad ipsa omnia mediantibus.

## Baczynski Paclawskim Donat.

6249 Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Przemysliensibus Nobilis Hrehorius Baczynski Leszkowicz sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus